

LESSUS UNANIMIS,  
 QUO  
 FUNUS  
 AMPLISSIMI EXCELLENTISSIMIQUE  
 VIRI  
 DOMINI  
 LUDOVICI  
 GUNTHERI  
 MARTINI,

J. U. DOCTORIS FAMIGERATISSIMI,  
 CELSISSIMI ac ILLUSTRISSIMI COMITIS  
 STOLBERGENSIVM & WERNIGERODENSIVM  
 DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,  
 CONSISTORII ET CANCELLARIÆ DIRECTORIS  
 SPECTATISSIMI

CUM VIVERET & OPTIME DE REPUBLICA MERITI,  
 DOMINI COLLEGAE DESIDERATISSIMI,

Qui postquam die 27. Junii 1719. in feudo suo Reddeberensi animam in Christo  
 placide expiraverat,

Die 2. Mensis Julii ejusdem anni ad Div. Sylvestri aedem, quae Wer-  
 nigerodae est decenti ritu inhumabatur,

Prosequendum judicabat

Regimen Wernigerodense.

WERNIGERODÆ,

Ex Officina Mich. Ant. Structii, Typogr. Aul.



Kapsel 78N2[9]

1719 Ax  
 X3053550



**R**ECTOREM populi vera probitate cor-  
ruscum

E vivis quando mors inimica vocat,  
Omnia retrogredi tunc in pejusque relabi  
Cernimus ac lachrumis quemque rigare genas.  
Tali namque modo multis Respublica sentit  
Nec non relligio damna tremenda modis.  
Non secus ac Navis pelago commissa furenti  
De quercu quamvis jactet inane genus,  
Turbine quassa diu mox huc mox fluctuat illuc,  
Donec contorto gurgite mersa perit.  
Tale quid & nobis nuper, quo Numine laeso  
Non constat, nitidum contigit ante diem.  
DOCTOR MARTINI, vir Consultissimus aequi,  
Vir Juris duplicis consiliique potens,

Quem



Quem DEUS ipse ANNAE quondam de MONTE  
vocârat.\*

Ut gereret REGIMEN, VVernigeroda, tuum  
Hic DOCTOR Noster, Noster COLLEGA colendus

Dum cernent homines non sine nave fretum,  
Proh dolor! occubuit; placidissima lumina clausit;

Occubuit nostram deseruitque ratem \*\*

Cernimus hinc vario misceri moenia luctu;

En lugent misere Curia, Tempa, Scholae;

*Ipse COMES* luget, luget Respublica tota,

Atque locis cunctis nil nisi luctus inest.

O Deus omnipotens! cui sunt mortalia curae,

Quique tuo populo semper adesse soles,

Tristibus affer opem; quae cernis vulnera, sana,

Et cura laceræ naufraga membra ratis.

Ast *TU MARTINI* noster, *CELEBERRIME*  
*DOCTOR,*

Qui nobis vivens *NUMINIS* instar eras,

Dul-

\* Anno 1682. ab Illustrissimo Comite Ernesto Beatus Doctor  
Annaberga ad capesandam Cancellariae Directoris di-  
gnitatem huc vocatus est,

\*\* Rempublicam cum Nave per eleganter comparat Romanae  
fidicen Horatius Flaccus in ode allegorica 15. lib. I.

Dulcia sepositis agita nunc gaudia curis,  
 Gaudia queis finem Secula nulla dabunt.  
 Testa quidem fragilis, quam mens divina reliquit,  
 Post aliquot annos nil nisi pulvis erit:  
 Sed Tua quam Scriptis meruisti, fama ma-  
 nebit,  
 Donec erunt homines, qui bona Scripta  
 legent.



Dnl.

Anno 1781. Ed. Illustratio. Cantus Erudito Beatus Doctor  
 ...  
 Rempublica cum ...  
 ...

VD18



# LESSUS UNANIMIS, QUO FUNUS

AMPISSIMI EXCELLENTISSIMIQUE  
VIRI

DOMINI  
DOVICI  
ANTHERI  
ARTINI,

RIS FAMIGERATISSIMI,  
ILLUSTRISISSIMI COMITIS  
VM & WERNIGERODENSIVM  
RI LONGE CLEMENTISSIMI,  
T CANCELLARIE DIRECTORIS  
SPECTATISSIMI  
OPTIME DE REPUBLICA MERITI,  
LEGAE DESIDERATISSIMI,

1719. in feudo suo Reddeberenti animam in Christo  
placide expiraverat,

n anni ad Div. Sylvestri aedem, quae Wer-

est decenti ritu inhumabatur,

Prosequendum judicabat

nen Wernigerodense.

WERNIGERODÆ,  
Mich. Ant. Structii, Typogr. Aul.

el 78N2[9]



1719 AX  
X3053550